Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

testas. Quod ezechiel ex ꝑsona dñi loquens ad pha-
raonem regem egypti demonstrat cui dicit. Ecce ego
ad te pharao draco magne &c cetera. Et hieremias
ex ꝑsona ierusalem de nabuchodonosor. Comé-
dit me deuorauit me. & absorbuit me sicut draco.
Principes ergo patrocinii fuit magistri errorꝭ
ampliuꝰ nocent. quam si solo sermone suaderent.
Et ceteri homines. idest pagani. qui ñ sunt occisi
his plagis. hoc ē non ꝑ decepti ab hereticis ut in
anima morerentur. neq; penitentiam egerunt de
operib; manuum suarum ut ñ adorarent demonia
& simulachra aurea & lapidea & lignea. neq;
a ueneficiis suis. neq; a fornicatione sua. neq;
a furtis suis subaudiendum similiter peribunt
igne. sulphure & fumo. Ac si diceret. Et hi tales
ad supra dictum punire uidentur numerum. Heresi
ca quippe tantummodo xpianos decipiebant. uel
iudeos. ñ tamen paganos. Sed quia ipsi ñ cog
nouerunt dñm. cum hoc utiq; possent facere p
naturalem legem. similiter damnabuntur. Vnde
considerandum ē. qua pena plectendi sunt qui
habentes di noticiam fidem & scientiam hec omnia
contempnunt. si illi etiam damnabuntur qui horum
omnium nichil habuerunt. sed solummodo quia p na-
turalem legem dñi. non cognouerunt peribunt.
Cum debuissent enim considerare & adtendere
ut creatorem cęli & terre & omnium rerum colerent
& adorarent. relinquentes creatorem ceperunt ado
rare opera manuum suarum. aurea. lapidea & lignea.